

nos ab omni etc.“; cumque Moniales ipsae multoties monitae, prout etiam earum Capellani, adhuc in sua contumacia persistent, praefatus Episcopus supplicavit a S. R. C. declarari et decerni, non licere huiusmodi variationem in Missis, palam audiente populo, fieri, sed omnino adhibendam esse Orationem pro Episcopo Dioecetano, etiam a Regularibus exemptis et in eorum Ecclesiis praetermissa oratione publica pro Superioribus regularibus et Religione seu Conventu.

Et eadem S. C. respondit: „Non licere, tributa facultate Episcopo prohibendi.“

Et ita decrevit. n. 3070 die 2. Dec. 1684.

#### d) In Parasceve.

##### Alben.

Quum Rmus Alben. Episc. in sua Dioecesi repererit consuetudinem, ut in Missa Praesantificationum Feria VI. in Parasceve inter ceteras Orationes decantetur peculiaris Oratio pro Episcopo et alia particularis Oratio pro Rege substituatur illi pro Imperatore in Missali apposita, quarum exemplar proposuit pro opportuna adprobatione ac Apost. venia, de qua nullum reperitur vestigium nec penes alias Pedemontanas Dioeceses, in quibus eandem consuetudinem vigere arbitratur. Memorati Ep. preces quum propositae fuerint in Ordinariis Comitibus S. R. C. ad Quirinale habitis die 27. Febr., hoc ipso vertente anno rescriptum fuit: „Dilata et interim scribatur Apostol. Nuncio ad Mentem.“ Mentem itaque S. C. exequens Rmus Tarsens. Archiepiscopus Apostol. Nuncius in Pedemonte, curam omnem impendere solenne habuit, ut investigaret, num revera in Dioecibus Pedemontanis huiusmodi consuetudo vigeat, ac ingenue S. C. certiores reddidit in nulla

prorsus Pedemontana Dioec. assertam consuetudinem locum habere, quae si in aliquibus ruralibus Ecclesiis Paroch. invaluit, nulla quidem neque Apost. neque Episcopalis intercessit concessio.

Emi et Rmi P. rescribendum censuerunt: „Nihil innovetur in Oratione pro Rege; quoad vero Orationem pro Episcopo negative.“

Atque ita rescripserunt ac servandum omnino mandarunt. n. 5101 die 11. Sept. 1847.

#### 20) Pro def. Sacerdote.

##### a) In Missa.

*Ad dubium:* Utrum in diebus obitus et Anniversarii fratrum Sacerdotum dicenda sit in missa oratio: *Deus, qui inter apost. sacerdotes etc.*, an illa propria, quae in praefatis diebus reperitur?

S. C. resp.: Oratio dicenda ut in die obitus. n. 3936 die 9. Dec. 1719.

##### b) In Officio.

*Ad dubium:* An in Officio def. in die obitus dicenda sit etiam pro sacerdote + Oratio communis: *Absolve quaes. Dom. vel: Deus, qui inter etc.* cum haec respective communis sit pro Episcopis et pro Sacerdotibus et in Caer. Ep. notetur dicenda in Officio def. in die obitus Episcopi?

S. C. resp.: Serventur Rubricae et Rituale romanum. n. 3751 ad 8 die 18. Sept. 1706.

#### 21) Tertia.

##### a) Dicenda. (Quae?)

Vd.: *Suffragia* (in dom. privil.); *Oratio ad libit.*

*Ad dubium:* An in missa privata de Sancto semid. vel simpl. seu votiva vel de infra octavam sive de feria non privileg. dici possit collecta pro

particulari defuncto, puta: *Inclina etc.* vel: *Deus, qui nos patrem* et similia? Et an ob istam omitti possit aliqua ex assignatis pro tempore, puta: *A cunctis vel Ecclesiae?*

S. C. resp.: Posse in penultimo loco nec omittendam ullam ex collectis pro tempore assignatis. Die 2. Dec. 1684.

##### b) Non dicenda.

Cf.: *A cunctis; Concede; Fidelium; Commemoratio Def.; Orationes* (quot?); *Missa votiva* (orationes); *Missa vot. de B. V. M.* (oratio); *Oratio imp.* (quando non dicenda, decr. n. 4586 nota); *Suffr.* (in dom. privil.).

*Ad dubium:* An in missis ferialibus, quae contingunt a dominica passionis ad fer. V. in Coena Dom., cum facienda obvenerit commemoratio de simplici, omittenda sit tertia oratio, quae pro secunda assignatur in missali, nempe pro Papa vel Ecclesia?

S. C. resp.: Omittendam esse tertiam orationem, eo quod Rubricae ad hoc satis clare disponant. n. 2013 ad 2 die 22. Nov. 1659.

Occurrente festo simplici tempore Passionis et infra octavas Paschae et Pentecostes non est dicenda in missa oratio tertia. n. 3291 die 13. Sept. 1692; n. 4054 ad 1 die 15. Sept. 1736.

*Ad dubium:* An, occurrente Octava S. P. Benedicti in hebdomada Passionis, in Missa principali de Feria debeat fieri tantum commemoratio de Octava, seu addi possit vel etiam debeat tertia Oratio *Ecclesiae etc.* vel pro *Papa*, et similiter: an in Missis privatis, quae ex privilegio huius S. C. dici possunt de Octava, fieri debeat tantum commemoratio Feriae, vel debeat etiam adjungi tertia Oratio, haec vero, utrum debeat esse *Ecclesiae etc.* vel pro *Papa* seu potius de *B. V. Concede*, juxta Rubricas generales de Octavis, in quibus nihil habetur in casu proposito?

Et S. eadem R. C., ad relationem Emi et Rmi Dom. Card. Rubini, respondit: Omittendam esse tertiam Orationem in casu.

Et ita declaravit. n. 3703 ad 6 die 23. Aug. 1704.

##### c) In missa vot. de SSmo.

*Ad dubium:* An in missa vot. de SSmo tertia Oratio dicenda sit ea, quae 2. loco erit dicenda ratione temporis occurrentis, vel potius ea, quae est assignata 2. loco infra octavam ejusdem SSmi?

S. C. resp.: Orationem temporis occurrentis dicendam esse. n. 3713 die 4. Julii 1705.

#### 22) Unica.

Vd.: *Missa vot. sol.* (Orat.).

#### 23) Pro Virgine non Mart.

*Ad dubium:* Quae Oratio dici debeat pro commemoratione Virginis non Martyris, occurrente festo Virginis non Martyris vel Viduae?

S. eadem C. rescribendum censuit: „Dicendam Orationem: *Indulgentiam* omisso titulo *Martyris*.“

Atque ita rescripsit. n. 5215 ad 5 die 22. Julii 1855.

### ORATIONES.

#### 1) Acolythi accedunt ad eas cantandas.

Vd.: *Ceroferarii.*

##### a) In Benedictionibus.

Finita distributione palmarum accedunt ad Episcopum duo Acolythi ceroferarii cum candelabris ac cereis accensis, qui cantat Orationem. *Caer. Ep.* I. II. c. XXI. n. 7.

Finita distributione candelarum Episcopus cantat Orationem accedentibus Acolythis cum candelabris. *Ibid.* c. XVI. n. 13.

Atque ita S. C. rescribere rata est propositaque Dubia declarare. n. 5208 ad 10 die 12. Aug. 1854.

*Ad dubium:* Utrum in Missis quotidianis Defunctorum pro Oratione assignata primo loco alia subrogari valeat, puta pro matre, offerente elemosynam etc.?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Quoad primam Orationem servetur ordo Missalis, quoad secundam detur Decretum Aquen. diei 2. Sept. 1741 ad Dub. IV.“

Atque ita rescripsit ac servari mandavit. n. 4782 ad 7 die 27. Aug. 1836.

9) In missa sol. conv. de Req.

(Quot?)

*Ad dubium:* An convent. Missa, quae celebranda est pro def. Sacerdotibus, Benefactoribus et aliis qualibet prima die vel fer. II. non impedita cujuslibet mensis, dici possit cum unica tantum Oratione, quin in iisdem Rubricis gen. habeatur, quod una tantum Oratio dicenda sit, quandoque pro Defunctis solemniter celebratur, vel dicenda sit cum tribus Orationibus uti habetur in Missali in Missis quotidianis, ut notat Merati de praedictis Missis mensualibus?

Et S. eadem C. respondendum censuit: „Juxta peculiarem Rubricam, nimirum pro lubitu.“

Atque ita rescribere S. C. rata est et declarare. n. 5063 ad 3 die 27. Febr. 1847.

*Ad dubium:* An quoties Missa de Requie quotidiana decantatur cum Diacono et Subdiacono una tantum Oratio in ea dicenda sit (excepta prima die Mensis et Feria II.), vel requiratur etiam concursus et pompa exterior, uti opinatur Cavalieri explicans illud solemniter Rubricae Missalis Tit. V. n. 3.

S. C. resp.: „Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad 22 die 16. Aprilis 1853.

10) In missa de semid., simpl. et votiva.

Vd.: *Missa vot.* (orationes); *Oratio tertia.*

*Ad dubium:* An in missa de semid., simpl. vel votiva necessario dicendae sint Collectae impares, puta, tres, quinque etc.; an vero completo ternario numero commemorationum omitti possit quinta vel septima, ex. gr. prima de missa, 2. de simpl., 3. *A Cunctis*, 4. imperata, vel potius omitenda oratio a *Cunctis* et ponenda solum oratio imperata pro tertia; an vero addenda sit quinta ad libitum Sacerdotis?

S. C. resp.: *Negative*, sed post 3. orationem et imperatas, posse, non tamen teneri, superaddere plures. n. 3073 ad 9 die 2. Decbr. 1684.

11) In missa infra hebdom. Passionis.

Si infra hebdomad. Passionis Officium semidupl. aut simpl. occurrat, utrum tres dicendae sint orationes in missa vel tantum duae?

S. C. resp.: In missa *solemni* in feria commem. non esse faciendam de Sancto Semid., cujus missam pariter cantandam esse absque commem. feriae et in utrisque dicendam tantum 2. or. *Ecclesia vel pro Papa*. In missis autem *privatis* de festo semid. dicendam esse 2. or. de feria, 3. *Ecclesiae* etc.; de simplici vero faciendam esse commemorationem. n. 3301 ad 15 die 10. Jan. 1693.

*Ad dubium:* An occurrente commemoratione Sancti Simplicis fer. 2. post dom. Passionis, quando dictum est Noct. def., quot et quae orationes dicendae sint in Missa?

S. C. resp.: Dicendam 3tiam orationem de simplici tantum. n. 3808 ad 2 die 4. Maii 1709.

12) In missis infra oct. privil.

*Ad dubium:* An in Missis tam privatis quam solemnibus, quae infra Octavam SS. Corp. Chr. in *Hispania* privilegiatae sunt celebrandae (excepto festo Corporis, Dominica et die Octavae) debeant dici duae Orationes tantum, scilicet una de die et altera Ecclesiae vel pro Papa, sicuti in Octavis Paschatis Resurrectionis et Pentecostes pariter privilegiatis, vel hae duae Orationes debeant esse prima de die, secunda de S. Maria et tertia Ecclesiae vel pro Papa, quemadmodum pro Octavis communibus praescribit Rubrica Missalis de Orationibus sub num. 9.?

S. eadem C., exquisita sententia unius ex Apostolicarum caeremoniarum Magistris, referente Emo et Rmo D. Card. Archinto Praefecto, respondit: „Dicendas esse tres Orationes a Rubrica praescriptas pro Octavis communibus.“

Atque ita declaravit ac servari mandavit. n. 4448 die 26. Jan. 1793.

13) In missa sol. pro re gravi.

Vd.: *Missa vot. pro re gravi* (decr. de die 12. Septbr. 1767); *Missa vot. sol.* (Oratio); *Ulim. Evang.*

In missa sol. vot., quae pro re gravi vel ob occursum festi solemnitis in aliam diem transferendi, etsi unica tantum missa cantatur, unica tantum oratio dicenda est. n. 4223 ad 9 die 29. Jan. 1752.

14) In missis solemnibus.

Cameracen.

Parcohus Decanus S. Petri de Davai, quod est Oppidum Camaracensis Dioe-

cesis, sequens Dubium S. R. C. pro opportuna solutione proposuit, nimirum: An debeant semper tres ad minus Orationes cantari, quando fit de Dominica et celebratur Missa solemniter cum Diacono et Subdiacono: ratio dubitandi est, quod quaedam Directoria dicunt Missam solemnem commemorationem Simplicis excludere: an sufficiat tunc unicum Orationem canere, si non intersit Octava?

Et S. eadem C. Ordinariis in Comitibus ad Vaticanas Aedes infrascripta die coadunata, ad relationem subscripti Secretarii, omnibus mature consideratis rescribendum censuit: „In Missis solemnibus dupl. 1. et 2. cl. tantum omittuntur aliae Orationes.“

Atque ita rescripsit et declaravit. n. 4879 die 11. Apr. 1840.

Cum in festis dupl. 1. cl. non possit cantari missa vot. sol., etiam ad invocandum Spiritum s. pro felici successu comitorum general. vel capituli; quaeritur: an tunc addi possit collecta de Spir. s. sub unica conclusione?

S. C. resp.: „Affirmative.“ Die 27. Martii 1773 ad 7 *in una Ord. Carmel. Polon.*

Vd.: *Missa vot. sol.* (Orat.).

15) In Missa vot. de B. V. M.

Vd.: *Missa vot. de B. V. M.* (Oratio).

16) Infra octav. Dedicat. Eccles. in festo Dedic. Basil. SS. Salvatoris et S. Petri et SS. Ap. Petri et Pauli.

In decreto Urbis et Orbis „Novum Missale“ diei 25. Septembris 1706 ad XI., quum quaesitum fuisset: Utrum quando occurrit dedicatio basilicarum Salvatoris et s. Petri infra octavam dedicationis aliarum ecclesiarum, assignandae sint aliae collectae vel orationes, vel sit omittenda commemoratio? S. R. C. respondit: Sumatur pro commemoratione alia oratio de

Communi, nempe: *Deus, qui invisibiliter etc.*, et apponatur decretum in principio Missalis. Ex hac clausula responsioni adjecta quisque intelligit, non eam fuisse S. Congregationis mentem, ut haec responsio ad modum rubricae in corpore Missalis insereretur, sed tantummodo, ut apponeretur in principio Missalis post rubricas generales inter decreta ejusdem S. Congregationis. Reapse in Missali edito anno 1714 a Sacra Congregatione de Propaganda Fide, pro quo ad adamussim hoc tantum fuerat decretum, nulla quoad variandas orationes peculiaris rubrica inserta fuit Missae in anniversario dedicationis ecclesiae; et licet verum sit, neque initio Missalis (forsan ex oblivione) ullam adnotationem de eadem re appositam fuisse, constat tamen a quavis nova rubrica addenda abstinuisse editores. Ast quod praedicti Missalis editores piaculo sibi duxerunt, id recentiores typographi fas sibi esse putarunt, hac addita arbitrio suo rubrica in praedicta Missa post orationes pro ipso die dedicationis assignata: *Praedictae orationes debent sumi, quotiescumque occurrerint plures commemorationes de anniversario dedicationis ecclesiae.* Haec quum ita se habeant, quaeritur: Utrum in novo Missali standum sit adamussim praecitato Sacrorum Rituum Congregationis decreto: an illo minime obstante retineri possit praedicta rubrica?

S. R. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Die 25. Septbr. 1860.

Quando occurrit dedicatio basilicarum SSmi Salvatoris et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli infra octavam dedicationis aliarum ecclesiarum, sumatur pro commemoratione alia oratio de Communi: *Deus, qui invisibiliter etc.*

Decret. Urbis et Orbis 12. Martii 1861.

### 17) In Officio Defunctorum.

*Ad dubium:* Quum alias declaratum fuerit in Missa Defunctorum quotidiana celebranda ritu semiduplici semper dicendas illas tres Orationes: *Deus, qui inter Apostolicos: Deus veniae largitor, et Fidelium Deus*, excepta secunda, quae interdum variari potest, quaeritur: an idem servari debeat in Officio Defunctorum ritu pariter semiduplici persolvendo?

„Servandas peculiare hujus Officii Rubricas.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad 23 die 16. Apr. 1853.

### 18) Publicae.

Ab auctorit. eccl. indicendae.

Vd.: *Preces publicae* (ab eccl. auctor. etc.).

### 19) Quot adjungendae?

Vd.: *Patronus paroch.* (transl. Solemnitatis, decr. n. 4910).

### 20) Finito „Te Deum“.

Vd.: *Te Deum* (Oratio).

### 21) In Vesperis etc.? quo ritu cant.?

Vd.: *Vesperae* (ritus); *Te Deum* (Oratio).

### 22) Vetitae.

Orationes praeter eas, quae in Ecclesia receptae sunt, in s. Ritibus non admittuntur. Benedictus XIV. Const.: *Inter Omnigenas* 2. Febr. 1744.

## ORATORIUM.

### a) Altare portatile.

Vd.: *Altare portatile.*

In aliqua certa Capella decenter ornata ad solum cultum divinum ab Episcopo dedicata et ab eodem visitanda

servatis aliis servandis potest celebrari super altare portatile.

S. R. C. n. 51. 23. Mart. 1593.

Vd.: *Orator. privat.* (Decr. Benedicti XIV. et Clem. XI.).

### b) Confraternitatum.

Vd.: *Titularis capellar. publ.*; *Credo in missa Titul. capell. publ.*; *Oratorium priv.* de die 17. Aug. 1709).

Episcopus in Oratoriis separatis ab Ecclesiis non potest prohibere Capellani Confraternitatum, quominus celebrent missas in diebus festis ante missam paroch. S. R. C. n. 1017 die 21. Apr. 1635.

Eadem die, qua solemnna celebrantur in Ecclesia paroch., non licet Capellano Solemnia peragere intus capellam in solemnioribus ab Episcopo declarandis. S. R. C. n. 2298 ad 2 die 22. Nov. 1644.

*Ad dubium:* An in Ecclesiis et Oratoriis publicis, se junctis ab Ecclesia paroch., in quibus adest erecta aliqua Confraternitas, possint Capellani *de licentia Episcopi dumtaxat* et post missam paroch. canere missas sol. in diebus festis, exceptis tamen diebus SS. Corp. Chr., Fer. V. et Sabb. hebdom. maj.?

S. C. resp.: Affirmative; non posse tamen Capellanos Confratern. in praefatis Ecclesiis et Oratoriis facere, quae ad sol. parochum spectant, et signanter missas def. in anniversario Confratrum pro legatis piis cantare, candelas etc. benedicere absque consensu parochi. n. 3451 die 14. Decbr. 1697.

*Ad dubium:* An functiones ecclesiasticae non parochiales explendae in Oratorio Confrat. s. Caroli Ravennae spectent ad parochum s. Rochi seu potius ad Confratres Oratorii mediante eorum Capellano vel Canonico protectore absque licentia parochi?

S. C. resp.: Functiones, de quibus agitur, spectare ad parochum privative quoad Confratres. n. 3766 die 2. Apr. 1707.

Decreta authentica. Tom II.

Licet Confratribus SS. Trinitatis Pezzetti celebrare missas in festivitatibus solemnioribus in eorum Ecclesia a Rectore seu Capellano Confrat. privative ad parochum et absque ulla ejus dependentia. n. 3835 ad 1 die 9. Martii 1711.

Idem decr. pro Confrat. s. Mariae Confalans. sub n. 3850 ad 3 die 11. Febr. 1713.

*Ad dubium:* An in diebus festis valeant celebrari in Oratorio Confrat. S. Rosarii Burgi missae tam lectae quam cantatae cum signo campanarum ante celebrationem missae paroch.?

S. C. resp.: Arbitrio et prudentia Episcopi. n. 3910 ad 10 die 9. Julii 1718.

In Ecclesia (Oratorio) Confrat. s. Jacobi Minor. Placentiae non potest in fer. V. in Coena Dom. sol. miss celebrari aliaeque functiones fer. VI. et Sabb. s. ibidem peragi, exceptis Matutinis tenebrarum. n. 3914 ad 4 die 10. Sept. 1718.

*Ad dubium:* An Confraternitati SS. Trinitatis fer. V. in Coena Dom. per suum Capellanum, independentem a paroch. liceat celebrari facere missam et habere sepulchrum cum Venerabili, necnon in Vespere ejusdem feriae V. post lotionem pedum habere in suo Oratorio sermonem per Sacerdotem a Confratribus eligendum independentem a paroch.?

S. C. resp.: Negative quoad primam partem et secundam; affirmative quoad tertiam de licentia Ordinarii. n. 4012 ad 2 die 13. Sept. 1732.

*Ad dubium:* An liceat Confraternitati retinere sedes confessionales in Oratorio ibique per confessarios approbatos excipere confessiones sacramentales?

S. C. resp.: Licere de licentia Episcopi. Die 9. Martii 1711 ad 3. In Papien.

Vd.: *Confessionale.*

*Ad dubium:* An parochus invitit Confratribus docere possit doctrinam christianam in praedictis (Confratrum)

## b) In Matutinis, Laud., Vesperis etc.

Vd.: *Vesperae* (Ritus).

Interea (finito Capitulo *ad Tertiam*) accedunt duo Acolythi acceptis duobus candelabris cum cereis accensis, versis invicem faciebus, dummodo nec altari nec Episcopo renes vertant. *Caer. Ep. I. II. c. VII. n. 17.*

Finito hymno *Te Deum* (in *Matut. Nativ. Dom.*) accedunt duo Acolythi cum candelabris et accensis cereis ad Episcopum, qui versus populum cantat Dominus vobiscum et Orationem. *Ibid. c. XIV. n. 9.*

## 2) In Anniversario.

Vd.: *Anniversarium Confrat.*; *Anniversar. transl.* (missa); *Oratio* (mutatio).

In *Anniversario* translato ob festum de precepto variari non debet oratio, in qua viliatur veritas verborum, sed recitanda oratio prout in *Missali. n. 3110 ad 3 die 4. Maii 1686.*

In *Anniversariis* def. ob aliquod impedimentum a proprio die translatis, quaevis dicatur missa sive ut in *Anniversario* sive ut in *Quotidianis* verba in orat.: *cujus Anniversarium deposit. diem commemoramus etc.* non sunt varianda. *n. 4237 ad 2 die 22. Dec. 1753.*

## 3) Ad benedict. cum SSmo.

*Ad dubium*: An liceat in consuetis SS. Sacramenti benedictionibus ex Ordinarii dispositione addere varias preces, ex. gr. in hon. B. M. V., SS. etc.? Quo ordine variae illae preces additae cantandae, ante vel post *Tantum ergo*? Si plures versus, responsoria et orationes dici debent, suntne singula propriis locis reponenda, vel simul omnia jungenda? Quenam tunc orationis ultimae conclusio, brevis an longa?

S. C. resp.: Licere Collectas addere post orationem SS. Sacramenti, et Collectas tantum sine versiculis et responsoriis ordinandas ut ad proximum simul jungendas cum oratione brevi. Die 7. Sept. 1850 in Rupell. ad 18 et 19.

In Oratione 40 hh., eoque magis in festo Corporis Chr. duplicibusque 1. et 2. cl., quum populo benedicatur post *Tantum ergo etc.*, quaeritur:

1. An unica tantum Oratio de SSmo dicenda sit vel addi possit aliqua Collecta, nempe Principis?
2. Et si negative, an dici possit oratione praesentiae Principis?
3. Quae conclusio adhibenda sit?

S. C. respondit

Ad 1.: Affirmative in Orat. 40 hh. et dupl. 1. et 2. cl., negative vero in festo et per octavam Corp. Chr.

Ad 2.: Provisum in primo.

Ad 3.: Serventur rubricae.

*N. 4815 ad VI 1—3 die 22. Sept. 1837.*

Vd.: *Oratio pro rege; Instr. Clem. §. XXIV. n. 22 etc.*; *Te Deum* (oratio).

## 4) Ante benedict. cum SSmo.

(Quomodo dicendae?)

Vd.: *Instr. Clem. §. XXXI. n. 4 etc. — 12;* *Te Deum* (oratio).

## 5) Conclusio.

Vd.: *Conclusio orationum; Oratio* (conclusio).

## 6) In Lytaniis majoribus.

Vd.: *Lytaniae maj.* (oratio, missa).

## 7) Extra missam.

Vd.: *Instr. Clem. §. XXIV. n. 22.*

## 8) In missa de Requiem.

## a) Nomen exprimendum.

Vd.: *Officium def.* (orat., decr. n. 4687).

## b) Non mutandae.

Vd.: *Oratio* (Mutatio, decr. n. 4586 etc.).

## c) In missa quotidiana.

Vd.: *Orationes in Off. def.* (decr. n. 5183); *Oratio tertia* (dicenda).

## I. Quot?

In missis quotid. pro def. possunt quidem plures dici orationes quam tres sed curandum, ut sint numero impares et aliquando pro illa, *Deus veniae largitor etc.*, impune subrogabitur alia v. g. pro patre et matre etc. dummodo ultimo loco dicatur illa: *Fidelium etc.* n. 4119 ad 4 die 2. Sept. 1741.

Circumfertur decretum S. R. C. sub 20. Martii 1682, quo praecipitur, ut quoties missa de Req. cantatur cum Diacono et Subdiacono, etiamsi missa sit quotidiana et sine apparatu, unica dicatur oratio (exceptis prima die mensis et fer. 2); estne verum? Debetne extendi ad eas minores Ecclesias, in quibus nunquam ministrant Diaconi et Subdiaconi parati pro missis de Req., quae cum aliqua solemnitate cantantur extra dies privilegiatas?

S. C. resp.: Hoc decretum non reperitur. Praxis vero Ecclesiarum Urbis est contraria, prout Patriarchalis Basilicae s. Petri in Vaticano, in quo pro obligatione chori canitur missa quotidiana defunctorum cum tribus orationibus singulis diebus non impeditis Officio dupl., pro animabus fratrum et benefactorum dictae Basilicae. n. 4175 ad 7 die 4. Sept. 1745.

*Ad dubium*: Quae orationes in missa quotidiana pro defunct. dicendae sint a Sacerdote?

S. C. resp.: Servetur rubricae dispositio et detur decr. 2. Sept. 1741. (vd. supra n. 4119). n. 4815 ad XI. 1 die 22. Sept. 1837.

*Ad dubium*: An in Officiis seu Suffergiis, quae passim celebrantur apud

Confratern. Laicorum inter annum pro uno vel pluribus def. cum missa cantata et exequiis atque peculiari missarum numero, unica tantum oratio cum Sequentia dicenda sit a Sacerdotibus confluentibus et quae?

S. C. resp.: Posse recitari unicam orationem juxta rubricas cum Sequentia. *Ibid.* ad XI. 2.

*Ad dubium*: Utrum 2. Oratio semper mutari possit et ejus loco dici Oratio pro Defuncto aut Defuncta? Ratio dubitandi est, quia decretum Aquen. fert, aliquando pro illa, *Deus veniae larg.*, impune subrogabitur alia v. g. pro Patre et Matre?

S. C. resp.: Unicam orationem dicendam in missa de Req. cum cantu pro anima illius, quam designat elemosynam exhibens. n. 5208 ad 11 die 12. Aug. 1854.

## II. Series.

Vd.: *Orationes in missa quot. de Req.* (quot? decr. n. 5208).

In missa de Req. pro defunctis vage sumptis dicendam esse primam orationem: *Deus, qui inter apost. etc.*, ut habetur in eodem *Missali. n. 4401 ad 6 die 16. Febr. 1781.*

*Ad dubium*: Utrum in missis quotid. sive cum cantu sive lectis teneatur Sacerdos recitare 1. loco Orationem pro def. Episcopis seu Sacerdotibus, ut fert missale romanum? Potestne primo loco recitare Orationem: *Inclina Domine* pro Defuncto, vel Orationem: *Quaesumus Domine* pro Defuncta, cujus ad intentionem elemosyna data est: secundo loco pro defunctis Episcopis etc., tertio loco: *Fidelium*?

Et supposito quod negative rescriptum prodiit: „In Missis quotidianis standum *Missali* et juxta Decreta aliquando loco secundae Orationis ibi adnotatae substitui posse Orationem pro Patre et Matre.“